

ANALECTA SACRA
SPICILEGIO SOLESMENSI

PARATA

EDIDIT

JOANNES BAPTISTA CARD. PITRA

EPISCOPUS TUSCULANUS S. E. R. BIBLIOTHECARIUS

TOM. II

PATRES ANTENICAENI



TYPIS TUSCULANIS

MDCCLXXXIV

δὲ καὶ σκιοφαντούμενος ἐσιώπων, καὶ λό-
γους μὲν πολλοὺς εἶχον εἰς ἔλεγχον.

Οὐκ ἐφρόντιζον δὲ τῶν ψευδομαρτυρούν-
των. Σοί, Πάτερ, θαρρῶ ὡς ἀληθινῶ καὶ
ἀδεκάστῳ μάρτυρι, καὶ γε πρὸς σὲ βοῶ.

Τήρησον τοὺς μαθητάς ἐν τῷ ὀνόματί
σου, μήποτε ἐπιχαρῶσιν οἱ ἐχθροὶ μου δαι-
μονες, τοῦ χοροῦ μὴ φυλαχθέντος τῶν ἀπο-
στόλων μηδὲ μεγαλορρήμονήσων Ἰουδαῖ-
οι, ὀρῶντες ἐμοῦ τοὺς πόδας, τοὺς μαθητάς,
πρὸς μικρὸν διὰ τὸν σταυρὸν σαλευθέντας,
καὶ ἀγνοοῦντας τὸ μυστήριον.

Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἔτοιμος διὰ τὴν
πρὸς ἀνθρώπους συμπάθειαν ἧς ἕνεκα καὶ
τοῦ οἰκείου πάθους ἔχω διὰ παντὸς τὴν
ἀνάμνησιν, ἐξ ὧν πέπονθα καὶ τοὺς πειρα-
ζομένοις δυνάμενος βοηθεῖν. Ἐγὼ μὲν οὖν
τὴν τοῦ γένους ἀνομίαν λογιζόμενος, με-
ριμνῶ τίνα τρόπον αὐτὴν καθαρῶ.

Οἱ δὲ ἐχθροὶ μου Ἰουδαῖοι ζῶσιν, ἐν κα-
κίᾳ δηλονότι καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ κατὰ ταύτην
κραταιοῦνται, καὶ πληθύνονται οἱ μισοῦντές
με ἀδίκως, εἰ καὶ οὐδεμίαν τοῦ μίσους εὐ-
λογον ἔχουσι πρόφασιν.

Καὶ διαβάλλουσί με, διότι ἀγαθωσύνης
εἰς αὐτοὺς ἐποίησα τὸ παράδοξον αἰτιῶνται
γὰρ ὅτι τοὺς αὐτῶν ἀρρώστους ἐν σαββάτῳ
ἐθεράπευσα.

Ἄλλ', ὦ Πάτερ, μὴ ἐγκαταλίπῃς με· ἐμὲ
δὲ λέγων, τὴν τῶν πιστῶν ἐκκλησίαν λέγω,
ἧς καὶ τὴν σωτηρίαν οἰκιοῦμαι, ὥσπερ νῦν
καὶ τὰ ἀμαρτήματα.

» sari. Ego autem, vel contumeliose impetū-
» tus, tacebam; sed multa habebam contra-
» dicere.»

» Nec falsos autem curabam testes. *In te,*
» o Pater, *confido*, ut in veridicum et incor-
» ruptibilem testem, et ad te clamo.

» Conserva discipulos in nomine tuo, ne-
» quando *gaudeant inimici mei* dæmones, si
» minus custodiatur chorus apostolorum. *Ne-*
» *que superbiloquentia tumeant* Judæi, viden-
» tes *pedes meos*, discipulos, modico tempore
» propter crucem *commotos*, neque *mysterium*
» intelligentes.

» *Quoniam ego in flagella paratus sum*, ob
» meum pro hominibus *compatiendi studium*.
» *Quamobrem et mei doloris perpetuam teneo*
» *memoriam*, ut qui ex eis quæ passus sum,
» *valeam* teatatis auxiliari. Ego ergo generis
» *mei iniquitatem* tanquam *meam considerans*,
» *exquiro* quali eam pacto emundem.

» At *inimici mei* Judæi *vivunt*, in pravitate
» videlicet et infidelitate; et per eam *con-*
» *firmantur*, et *multiplicantur*, qui *oderunt me*
» *inique*, nullam etsi habeant æquam odii
» causam.

» Et calumniantur me, quia *cum illis boni-*
» *tatem feci* ultra omnem opinionem. Reum
» enim me faciunt sanavisse illorum ægros
» in sabbato.

» Sed, o Pater, *ne derelinquas me*; meque
» dum aio, dico meorum fidelium Ecclesiam,
» *cujus salutem*, sicut et peccata nunc, in me
» suscipio.»

II.

Psalmus XXXVI.

Igitur de his quæ in Exodo scripta memo-
ravimus, id est « digrediens videbo visionem

II. Desunt græca, quæ legit Rufinus in hom.
11, n. 1; cf. *Patrol.* XII, col. 1349, neque tuli
ea prætermittere, quum palam teneamus unum
ANN. II, 22.

istam magnam, » audiivi quemdam de sapien-
tibus ante nos dicentem, quum explanaret

ex senioribus, quos *audivit* Origenes, aut Cle-
mentem, opinor, aut Pantænum. — cf. *Exod.*
III, 3.

Ἄνδρες δὲ τὴν Σκυθίαν Ἰωάννης τὴν Ἀσίαν, πρὸς ὅς καὶ διατρίψας ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ. Πέτρος δὲ ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ, καὶ Βιθυνίᾳ, Καππαδοκίᾳ τε καὶ Ἀσίᾳ κηρυκέναι τοῖς ἐκ διασπορᾶς Ἰουδαίοις ἔοικεν· ὅς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν. Τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότος τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὕστερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος μεμαρτυρηκότος;

dreas vero Scythiam. Joanni Asia obvenit, qui plurimum temporis in ea commoratus, tandem Ephesi diem obiit. At Petrus in Ponto et Galatia et Bithynia, in Cappadocia et Asia, Judæis qui in dispersione erant, prædicasse existimatur. Qui demum Romam veniens, cruci suffixus est, capite deorsum demisso: sic enim ut in cruce collocaretur, ipse oraverat. De Paulo jam dicere quid attinet? Qui ab Hierosolymis usque in Illyriam munus evangelicæ prædicationis implevit, ac postremo Romæ sub Nerone martyrio perfunctus est.

SANCTUS DEMETRIUS

ALEXANDRINUS.

Τοῦ ἁγίου Δημητρίου, εἰς τὸν σεισμόν ¹⁾.

Ex oratione Sancti Demetrii, de Terræ motu.

Jeremie cap. III, v. 18. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, συνελεύσονται οἶκος Ἰούδα ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἤξουσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀπὸ γῆς Βορρᾶ καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν χωρῶν ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν. *Val. 1067, 2.*

Unicus testis superest codex Vaticanus, olim Pii II, nunc inter Reginenses, numero xviii, fol. 21 a tergo; in quo amplissima continetur Catena in omnes prophetas, partim Olympiodori, partim Ammonii curis confecta, opus affabre tessellatum ac manifesto Alexandrinum. Præter enim duos opifices, qui cooptati clero hujus ecclesiæ passim audiunt, abundant singulis præfixa foliis nomina Origenis, Theophili, Didymi, Cyrilli, Athanasii, Eudoxii, quibus omnibus tempore præeminet S. Demetrius: rarum adeo no-

v. 18. In diebus illis, ibit domus Juda ad domum Israel, et venient simul de terra aquilonis et ex omnibus locis ad terram quam dedi in hæreditatem patribus eorum.

men in litterarum annalibus christianis, ut fere ad Demetrium usque Comatenum sæculi XIII (ne de obscuro melodo Demetrio quem nuper detexi, loquar) excurrere oporteat, si quis minus ignota reperire velit.

¹⁾ De hoc terræ motu meminisse videtur *Chronicon Alexandrinum* (*Patrol.* xcii, col. 655), quum ad annum 223 referat «vehementes terræ motus in urbe Roma, » quos late in Oriente increbuisse, vix dubitandum. Etiam Orig. infra in ps. lxx, 4, disputat de quadruplici terræ motu.